



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

55. De truncationibus membrorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

formem fecerit, impensas in medicos tribuat, & maculæ pretium & opus ejus, donec sanetur, restituat, & dimidium annum pœniteat. Si verò non habet unde hoc restituat, annum unum pœniteat.

De truncationibus membrorum. *Ex Concilio Mogontiacensi cap. v.*

Concil. Tolet.
II. c. 6.
Burchard. lib.
I. c. 20.
Vide Pœnitentiale Rhabani c. 30. apud Ant. Augustinum.

LIV. His à quibus Domini sacramenta trantur judicium sanguinis agitare non licet. Et ideo magno opere talis excessus prohibendus est; ne indiscretæ præsumptionis motibus agitati, aut, quod morte plectendum est, sententia propria judicare præsumant, aut truncationes quibuslibet personis aut per se inferant aut inferenda præcipiant. Quòd si quicumquam horum inmemor præceptorum, aut in Ecclesiæ suæ familiis aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerit, & concessi ordinis honore privetur & loco, sub perpetuæ damnationis religatus ergastulo; cui tamen commutatio exeunti ex hac vita non neganda est propter Domini misericordiam.

Quæ debeat discretio Ecclesiarum rectoribus esse ne per inconditam disciplinam subeant homicidij notam.

Additio IV.
Capitular.
c. 6.

LVI. Cùm juxta antiquæ institutionis editum plus erga corrigendos agere debeat benivolentia quàm severitas, plus cohortatio quàm commotio, plus caritas quàm potestas adhiberi debet.